facilius[8] consoletur[9]. Nam cui[10] licentia iniquitatis eripitur[11] utiliter vincitur, quoniam nihil est infelicius felicitate peccantium, qua[12] penalis nutritur impunitas et mala voluntas velut hostis interior roboratur. Item. Misericorditer enim si fieri[13] posset, etiam bella gererentur a bonis, ut licentiosis cupiditatibus domitis hec vitia perderentur, que iusto[14] imperio vel exstirpari vel puniri[15] debuerunt. Nam si Christiana disciplina omnia bella culparet, hec potius militibus consilium salutis petentibus[16] in evangelio diceretur ut abicerent arma, seque militie omnino subtraherent[17]. Dictum est autem[18] eis, Neminem concusseritis, nulli[19] calumniam feceritis. Sufficiat vobis stipendium vestrum. Quibus proprium stipendium sufficere debere precepit, militare utique non prohibuit.

*ID 10. 107a] C 23 q 1 c 2b*

---

[6] pietatis *CaMgTbTcVo; impietatis Pf
[7] -que *BeOaTbTc; *om*. CaMgPfVo
[8] facilius *CaMgPfTb; facile Tc
[9] consoletur CaMgPfTc; consuletur Tb
[10] Nam cui BeRaTbTc; Namque cum CaMg; Namque Mq?; Nam *and lacuna* Oa; Nam cum Ra[2]; Namque si PfVo
[11] iniq. erip. *CaMg?PfTb; utilitatis imponitur Tc
[12] peccati *add.* Tc, *om.* *CaPfTbVo; ?Mg
[13] si fieri *MgPfTbTc; fieri si Ca
[14] iusto *MgPfTbTc; iniusto Ca
[15] puniri BeCaMgMqPfRaTc[2]Vo; premi *Tb; punire Tc; *om. with lacuna* Oa
[16] petentibus *CaMgPfTb; poscentibus Tc
[17] subtrah. *MgPfTbTc; non traderent Ca
[18] autem est *marked for reversal* Ca
[19] nulli CaMgPf[2]Tc; nullam Tb

## 43[1]

### *Augustinus[2] ad Bonefacium comitem*

Gravi[3] de pugna conquereris, dubites nolo[4]. Utile tibi tuisque dabo[5] consilium. Arripe manibus arma, oratio aures pulset auctoris, quia, quando pugnatur, Deus apertis celis spectat, et partem quam[6] inspicit[7] iustam, ibi dat palmam.

*ID 10.109]*

---

[1] *om.* Lc
[2] Aug. *CaMgTbTcVo; Idem Pf
[3] Pravi Oa
[4] dub. nolo *CaMgPfTb; *om.* Tc
[5] dabo *CaMgPfTb; do Tc
[6] et partem quam *CaMgPfTc; quam partem Tb
[7] insp- *CaMgPfTb; asp- Tc

**44**[1]

*Augustinus[2], libro II, cap. ii*

Qui[3] gladio usus fuerit gladio cadet. Ille autem utitur gladio qui, nulla superiore[4] ac legitima potestate vel iubente vel cedente[5], in sanguinem[6] alicuius armatur.

*ID 10.110a] C 23 q 4 c 36,* Ille gladium accipit qui - *end*

---

[1] *om.* Lc
[2] Aug. *CaMgTbTcVo; Idem Pf
[3] Quid Vo
[4] -ore *CaMgPfTc; -ori Tb
[5] cedente BeOaTbVoWc; favente Ca; suadente MgTc; cedente vel in talibus obedire vel concedente Mq; cogente Pf( *over erasure?*); cadente Pt; ei suadente Ra; cidente (?) Vq
[6] -inem MgMq[2]PfTbTc; -ine Ca

**45**[1]

*Item[2]*

Sive Deo sive aliquo legitimo imperio iubente[3], gerenda bella suscipiuntur a bonis, cum nec[4] rerum humanarum ordine inveniuntur[5], ubi eos tale aliquid vel iubere vel in talibus obedire ordo ipse constringit[6]. Alioquin Iohannes cum ad eum baptizandi milites[7] venirent[8] dicentes, Et nos quid faciemus?[9] responderet[10] eis, Arma abicite, militiam istam deserite, neminem percutite, prosternite neminem[11]. Sed quia sciebat eos cum[12] hec militando[13] facerent[14] non esse homicidas sed ministros legis, et non ultores iniuriarum suarum sed salutis publice defensores, respondit eis, Neminem concusseritis, nulli calumniam feceritis, sufficiat vobis stipendium vestrum. Item. Dominum[15] Iesum Christum audiant Manichei, hoc stipendium iubentem reddi Cesari[16], quod Iohannes dicit sufficere militi. Reddite, inquit[17], Cesari que Cesaris

---

[1] *om.* Lc
[2] *in text with no break* PtVo
[3] leg. imp. iub. *BeCaPfTcVo; iub. imp. Tb; ?Mg
[4] nec BeCaPfTbVo; non in Tc; ?Mg; in eo *ID*
[5] -iuntur *CaMqRaTb; mittuntur Be; invenitur PfRa[2]Vo; inveniantur Tc; ?Mg
[6] -git *BeCaPfTbVo; -gat MgTc
[7] bapt. mil. *CaMgPfTc; mil. bapt. Tb
[8] venirent *CaMgPfTb; venissent Tc
[9] Non *add.* CaPfVo, *om.* *BeMgMqOaRaTbTc
[10] -eret *CaMgTbTcVo; -et BePf; isset Mq
[11] prost. nem. *CaPfTbVo; nem. prost. BeMgTc
[12] cum *BeOaTb; *om.* CaMgPfTcVo
[13] militando *CaMgPfTb; meditando Tc
[14] -erent *BeTb; -ere CaMgOaPfTcVo
[15] nostrum *add.* PfTc, *om.* *BeCaMgOaTbVo
[16] reddi Ces. *BeCaPfTbVo; Ces. reddi MgTc

sunt [18], et Deo que Dei sunt[19]. Et[20] ad hoc[21] enim tributa prestantur[22] ut propter bella necessarium multis[23] stipendium prebeatur.

*ID 10.110b] C 23 q 1 c 4 med., widely var.*

---

[17] inquit *CaMgPfTb; *om.* Tc
[18] Cesari que Ces. sunt *Tb; que sunt Cesaris Cesari BeCaMgTc; Cesari que sunt Ces. MqPfRaVo
[19] Deo que Dei sunt *MqOaRa; que sunt Dei Deo BeCaMg; Deo que sunt Dei PfVoVq; que Dei sunt Deo Tb; Deo que sunt Dei Deo Tc
[20] Et CaMgPfTb; *om.* Tc*Brant*
[21] hoc BeCaMgPfTcVo; huc OaTb
[22] trib. prest. *BeCaMgPfTcVo; prest. trib. Dei Tb; trib. prest Cesaris *Brant*
[23] multis CaMgPfTb; militi Tc

**46**[1]

*Item*[2]

Interest[3] quibus causis quibusque auctoribus[4] homines bella gerenda suscipiunt. Ordo tamen ille naturalis mortalium paci accommodatus[5] hoc poscit, ut suscipiendi belli auctoritas atque consilium penes principem[6] sit. Exsequendi autem iussa bellica ministerium milites debeant[7] paci salutique communi. Bellum autem quod gerendum Deo auctore suscipitur, recte suscipi dubitare fas non est.

*ID 10.110c]*

---

[1] *om.* Lc
[2] *in text with no break* PtVoWc
[3] Interest] Inter hec est Mq
[4] quibusque auctoribus BeMgMqPfPtVq; quibus auctoribus Ca; quibusque actoribus TbVo; quibus auctoritatibus Tc
[5] -atus *CaMgPfTb; -atur Tc
[6] -ipem *MgPfTbTc; -ipes Ca
[7] mil. deb. *CaMgPfTb; deb. mil. Tc

**47**[1]

*Item*[2]

Cum[3] vir iustus[4] si[5] forte sub rege homine etiam[6] sacrilego militet recte possit illo iubente bellare[7] cui[8] pacis ordinem servans cui[9] quod iubetur vel non esse contra

---

[1] *om.* Lc
[2] *in text with no break* PtVoWc
[3] Cum *CaMgOaPfTcVq; Dum Tb
[4] iustus *MgPfTbTc; iniustus Ca
[5] si *CaMgPfTb; *om.* Tc
[6] etiam *CaMgPfTc; et Tb
[7] illo iub. bell. (bellate Vo) *CaPfTbTcVo; bell. illo iub. Mg
[8] cui BeCaMgMqPfTbVo; qui Tc; si vice *Brant*
[9] servans cui *CaMqTbTcVq; servit cui Be; servanti MgPfVo

Dei preceptum certum est[10], vel utrum sit certum non est, ita ut fortasse reum regem faciat iniquitas imperandi. Innocentem autem militem ostendat ordo serviendi, quanto magis in administratione bellorum innocentissime deversatur[11] qui Deo iubente belligerat. Quem male[12] aliquid iubere non posse[13] nemo ei qui servit, ignorat.

*ID 10.110d] C 23 q 1 c 4 med., to* ordo serviendi, *but var.*

---

[10] cert. est *BeMgPfTbVo; *om.* Ca; est cert. Tc
[11] dev.] *lacuna* Ra, *with* ..eversatur *in mg.*
[12] male *MgPfTbTc; malo Ca
[13] non posse *CaMgOaPfTbTc; *om. Brant*

## 48[1]

*Ieronimus super Iohel*

Non solum homines ministri sunt et ultores ire[2] Dei, in his qui malum[3] operantur, et non sine causa portant gladium[4], sed et contrarie[5] fortitudines que appellantur furor et ira[6] Dei.

*ID 10.111] C 23 q 5 c 27*

---

[1] *om.* Vq
[2] ire *CaMgPfTb; *om.* Tc
[3] malum *CaMgTbTcVo; male Pf
[4] port. glad. *CaMgPfTc; glad. port. Tb
[5] contrarie *MgOaPfTbTc; contraire Ca
[6] et ira *om.* Ra

## 49[1]

*Ieronimus super Isaiam, libro V*[2]

Non est crudelis qui crudeles iugulat, sed[3] quia[4] crudelis[5] patientibus esse videatur[6]. Nam latro suspensus[7] patibulo crudelem iudicem putat.

*ID 10.112] C 23 q 5 c 28*

---

[1] *om.* LcPk
[2] lib. v *BePfTbTcVo*;* vel v Ld; *om.* CaMg
[3] crudelis ideo vocatur *add.* MgPfRaTcVo, ideo crud. voc. *add.* Eg, *om.* *AdBeCaEaMqOaTbWc
[4] quia *BeCaEgMqTbTc; quod MgPfVo
[5] -elis BeCaPfTbTc; -eles Mg; -el’ Eg
[6] videatur CaMgPfVo; videtur Be; videbatur MqOaTbTc
[7] in *add.* BeTc, *om.* *Be[2]CaMgPfTb

**50**[1]

*Item*[2] *super Sophoniam*

Si quis fortitudinem latronis et pirate diripiat infirmosque reddat, prodest illis sua infirmitas. Debilitata enim membra quibus prius non bene[3] abutebantur[4] a malo opere cessabunt.

*ID 10.113] C 23 q 3 c 6*

---

1 *om.* Lc
2 Item *BeCa(*in black)*LdOaTbVoVq; Ieronimus MgTc; Idem Pf
3 prius non bene *CaMgPfTc; non bene prius Tb
4 abut- *CaPfTbTc; ut- Mg

**51**[1]

*Ieronimus*[2] *super Ezechielem, libro III*[3]

Qui malos percutit in eo quod mali sunt et habet vasa[4] interfectionis ut[5] occidat pessimos[6], minister est Domini.

*ID 10.114] C 23 q 5 c 29*

---

1 *om.* Lc
2 Ier. *CaMgTbTcVo; Idem Pf
3 Ez. - III *CaMgPfTbVo; epistolam ad Galathas Tc
4 vasa *MqOaPfTcVoVq; causam BeCaMgRaTb
5 ut *MgPfTbTc; *om.* CaMq
6 occ. pess. *CaMgPfPkRa[2]Tb; occ. plurimos Ra; eripiat pios Tc

**52**[1]

*Item super Epistolam ad Galathas, libro II*[2]

Iudex non est auctor sceleris[3] neque homines vinciendo[4].

*ID 10.115a] C 23 q 5 c 30*

---

1 *om.* Lc
2 Item (sermo *add.* Be, Ieron' Pt) - II *BdBeDbLfLjMqOaTbVoVq; Item super ep. ad Gal. CaEaEgRa(*mg.*); Item Ieronimus - II LdOc; Ier. super ep. Galathas Lm; Item idem - II Mg; *as insc. to c. 53* Ob; Idem - II Pf; *om. with no break* Pk; Isidorus Ethimologiarum libro XVIII cap. iiii Tc
3 non est auct. scel. *BdCaDbEgLdLfLjLmMgOaObPfTc; auct. scel. non est Tb
4 neque perimendo *add.* EgMgRaVp, neque homines perimendo *add.* LdObOcPfPwVo, nec perimendo *add.* LgQa, atque perimendo *add.* Tc, *om.* *AdBdBeCaDbEaFcLfLhLjLmMqOaOdOePkPtSeSlTbVmVqWdWe*Brant*

**53**[1]

*Super Ieremiam*[2]

Regum proprie est facere iudicium atque iusticiam, et liberare de manu calumpniatorum vi oppressos, et peregrino pupilloque et vidue qui facilius opprimuntur a potentibus prebere auxilium. Et post aliquanta.[3]

*+C 23 q 5 c 23a*

Homicidas[4] enim et sacrilegos et[5] venenarios punire non est effusio sanguinis sed legum ministerium.

*ID 10.115b from* Homicidas*] C 23 q 5 c 31, cf +C 23 q 5 c 23c*

---

[1] *om.* AaLc
[2] Super Ier. EaLmOaPkRa(*mg.*)TbVq; Ier' M. Be; Lib. II super Ier' Ca; Item super Ier. Eg*Brant*; Item Ier. libro IIII LdOc; Ier. lib. IIII Mg; item - lib. ii *(c. 52)* Ob; Idem - iiii Pf; *om.* QaVpWc; Item Tc; Super Hieremiam l' iiii Vo
[3] Regum proprie - auxilium. Et post aliquanta LdMgOcPfVoWa; *om.* *AbAdBdBeCaDbEaEbEcEgFcGcKaLbLfLgLhLjLkLmMqOaObOdOePkPqPtPwQaRaSdSeSgSlTbTcVcVmVpVqVtWbWcWdWeZa*Brant*
[4] Homines Mq
[5] et MgPfTbTc; *om.* Ca

**54**[1]

*Isidorus Etimologiarum libro XVIII, cap. iii*[2]

Iustum bellum est quod ex dicto[3] geritur[4] de rebus repetendis, aut pulsandorum hostium causa. Iudex dictus est quia ius dictat populo sive quod iure disceptet[5]. Iure autem disceptare est iuste iudicare. Non est enim[6] iudex, si non in eo iustitia est[7].

*ID 10.116] C 23 q 2 c 1*

---

[1] *om.* Lc
[2] Is. - iii *CaMgOcPfTbVo; Item Tc
[3] ex dicto MgOaPfTbTcVo; ex edicto *Be*Brant*; edicto CaPf[2]
[4] et *add.* Tb, *om.* *CaMgPfTc
[5] -et *CaMgPfTc; -at Tb
[6] est enim *CaMgPfTc; enim est Be; est Tb
[7] si non - est *BdBeCaDbEgFcLgOaObOcOdOePkQaRaSgTbTcVmVo(est *before* in eo)Vq; si in eo iust. non est Mg; nisi iuste iudicet *over erasure* Pf

**55**[1]

*Stephanus*[2] *Liutwario*[3] *episcopo*[4]

Non autem sine causa gladium portat rex. Iudex est enim[5] contra omnes iniquos ut[6] terrore comprimat quos nequit[7] corrigere monitis salubribus. Aggrediatur igitur secure que sunt Deo placita[8]. In nullo[9] ei beatus Petrus[10] aberit[11] cum suo ancipiti gladio, si tamen patrie saluti[12] consulat.

*ID 10.117]*

---

[1] *om.* Lc
[2] Stephanus *CaPfRa[2]TbTc; *om.* MgRa
[3] Liutwario AdBdBeMq?Od; Luciniano Ca; Liutuario Db; Miario Fc; Luitario LdVo[2]; Lucimaro Lf; Liuthiuario Lj; Luitulliario Lm; Liuthwaro MgPk; Tuthiuaro Ob; Luttario Oc; Mauro Oe; Ianuario Pf; Liuthicario Ra; Liutiwario (?) Tb; Luciano VpWc*W*; Luthario *Brant*; Lothario *Vosm.*
[4] *no insc.* PtVq
[5] est enim *CaMfPfTbTc; enim est Lf
[6] ut *BeCaLfLjLmMg ; et Oa; ut et. PfTbTcVo
[7] nequit *Be(*after salubribus*)CaMgPfTbTc; non potest Lf
[8] Deo plac. *BeCaLdLjLmMgPfTcVo; plac. Deo LfTb
[9] enim *add.* CaLdLfLjMgPfTcVo, eius *add.* Lm, *om.* *BeOaTb
[10] ei b. Petr. *BePfTbTc; b. Petr. CaLfVo; b. Petr. ei Mg
[11] *corr. fr.* abierit Ld
[12] pat. sal. *CaLdLfLjLmMgPfTb; sal. pat. RaTc

**56**[1]

*Pandectarum libro I, titulo i*[2]

Vim[3] atque iniuriam propulsemus. Nam iure hoc venit ut quod quisque[4] ob tutelam sui corporis fecerit, iure[5] fecisse estimetur.

*ID 10.118] l. I De sent. excom. § Vim*

---

[1] *om.* Lc
[2] tit. i OaPfTbVo; tit. ii BeLd; cap. i CaTc; ? Mg
[3] Tim Oa
[4] quod quisque *BeCaPfTbVo; cum quisquam Tc; ? Mg
[5] hoc *add.* Tc, *om.* *BeCaPfTbVo; ? Mg

**57**[1]

*Augustinus in libro Numeri*[2]*, cap. xliiii*[3]

Notandum est sane quemadmodum iusta bella gerebantur a filiis Israel contra Amorrheos. Innoxius enim transitus negabatur, qui iure humane societatis equissimo patere debebat[4].

---

[1] *om.* Lc
[2] libro Numeri MgPfRaTc; Numeris BeCaTbVq; Inumeri Oa; in nummi Vo
[3] xliiii *BeCaMgOaTbTc; xliii PfRaVq; cap. xliiii *om.* Vo
[4] -ebat *CaMgPfTb; -uerat Ra; -ebatur Tc

*ID 10.119] C 23 q 2 c 3*

**58**[1]

*Ambrosius*[2]*, de officiis libro I*

Non in inferenda sed depellenda iniuria lex virtutis[3] est. Qui enim non repellit a socio iniuriam si potest tam est in vitio quam ille qui facit.

*ID 10.120] C 23 q 3 c 7a, earlier form of complete cap.*

[1] *om.* LcVc, *suppl.* Vc[2] *in mg*
[2] Ambrosius *BeCaMgMqOaPfRaVoVq; Augustinus TbTc
[3] virtutis *RaTb; virtus BeCaMgMqOaPfTcVoVq

**59**[1]

*Augustinus ad Bonefacium comitem*[2]

Quid distat inter Arianos et Donatistas[3]? Quomodo reges Domino[4] serviunt[5] in timore[6], nisi ea[7] que contra Domini iussa[8] fiunt[9] religiosa severitate prohibendo atque plectendo[10]? Aliter enim servit quia homo est, aliter quia etiam[11] rex est. Quia homo est servit vivendo fideliter, quia etiam rex est[12] servit[13] leges iusta precipientes et contraria prohibentes[14] convenienti vigore sanciendo.

*ID 10.121] C 23 q 4 c 42 end, from* Aliter enim

[1] *om.* Lc
[2] comitem *BeCaDbMgPfTbTcVo; *om.* LdLm; *No insc., no break* We
[3] Quid - Donatistas *BeCaMgMqOaPfTbTcWe; Quod inter Arrianos distat Vo; *om.* LjVq
[4] reges Dom. *CaLdLjLmMgPfTb; Dom. reg. Tc
[5] serviunt *CaLdLjLmMgPfTb; servierunt Tc; Ra *obsc.*
[6] in tim. *CaMgPfTbTc; *om.* Lj?
[7] ea *CaMgPfTbTc; *om.* Ld
[8] Domini iussa *CaMgPfTbTc; dismissa Lm
[9] fiunt *CaMgPfTbTc; sunt Lj
[10] plect- *MgPfTbTc; amplect- Ca
[11] quia et. *BeCaMgOaPfTbTc; et. quia LdLjVoVq; quia Ra
[12] Quia homo est (*om.* LmPtVq) - rex est *BeCaDbLgLjLmMgMqOaObOdPtRaTbVmVq; Quia homo - rex LdLjOcOePfSgVo; *om.* Tc
[13] servit *BeCaLdOaPfTbTcVo; servat Ld[2]Mg
[14] cont. proh. *CaLdLjMgPfTc; proh. cont. Tb

## 60[1]

*Augustinus[2] de verbis Domini, tractatu xix[3]*

Militare non est delictum, sed propter predam[4] militare peccatum est, nec[5] rempublicam gerere[6] criminosum est, sed ideo agere[7] rempublicam ut[8] rem familiarem[9] potius augeas[10], videtur esse dampnabile. Propterea[11] enim providentia[12] quadam[13] militantibus sunt stipendia constituta ne, dum sumptus queritur, preda grassetur. Item. Dominus ipse dixit[14], Reddite que sunt Dei Deo, et que sunt Cesaris Cesari[15]. Igitur quod Cesar precipit ferendum est[16], quod imperii dicit[17], tolerandum est. Sed fit intolerabile dum illum preda exactionis accumulat[18]. Item. Interrogaverunt Iohannem milites dicentes, Quid faciemus et[19] nos? Ait illis, Neminem concutiatis neque calumniam faciatis, sed contenti estote stipendiis vestris. Sic autem cognoscere se debet omnis homo[20] qui militat. Non enim tantum de his[21] militantibus scriptura loquitur[22] qui armata militia[23] detinentur, sed[24] quisquis militie sue cingulo utitur, dignitatis sue miles ascribitur, atque ideo hec sententia potest dici, verbi gratia, militibus, profectoribus[25] cunctisque rectoribus. Quicumque sibi stipendia publice

---

[1] *om.* Lc
[2] Aug. *CaMgTbTcVo; Idem Pf
[3] tr. xix] tr. xxx Vo; c xxviii Vp
[4] predam *CaMgPfTc; quedam Tb
[5] nec *BePfTbTcVo; non CaMg
[6] gerere *CaMgPfTb; regere Tc
[7] ideo agere *CaMgPfTb; augere Tc
[8] *after corr.* Tc
[9] et divitias *add. Brant*, *om.* *CaDbMgPfTbTc
[10] -eas *MgPfTb; -ere Tc
[11] Propterea *BeOaPfTbTcVo; Propter hoc Ca; Propter Mg
[12] providentia *BeOaTb; providenda CaMgMqPfTcVo
[13] quadam *BeCaOaTbVo[2]; quedam Mg; quamdam PfVo; *om.* Tc
[14] Dom. ipse dix. *CaPfTbTc; Dixit ipse ... Mg
[15] que sunt Dei Deo et que sunt Cesaris Cesari *BeCaEaPfTbVo; ? Mg; que sunt Cesaris Cesari et que sunt Dei Deo Tc. Vq *ends cap. here*
[16] est *PfTbTcVo; *om.* Ca; ??Mg
[17] quod imperii (*corr. fr.* impii *to* impius Vm) dicit CaEaLgMqObOeSgTbVm; ? Mg; quod imperium dicit BeOcPfRa(*before corr.*); et quod imperator dicitur Tc; imperat *Brant*
[18] illum preda exactionis accumulat *BeCaMgObOcOePfSgTbTcVoVp; vel nimia exactio facit regem intolerabilem *add. ss.* Mg; predam exactores accumulant *Brant*
[19] et *BeOaTb; *om.* CaMgPfTcVo
[20] omn. hom. *CaMgPfTc; hom. omn. Tb
[21] tantum de his *CaMgPfTb; de his tantum Tc
[22] loq- *CaMgPfTb; liq- Tc
[23] mil- *CaMgPfTb; mal- Tc
[24] *corr. fr.* si Tc
[25] profectoribus CaMgMq[2]OaPfVo; prefectis BeRa; perfectioribus TbTc; protectoribus *ID*

decreta consequitur si[26] amplius querit, tanquam calumniator et concussor Iohannis sententia condempnatur.[27]

*ID 10.125a] C 23 q 1 c 5*

---

[26] si *CaMgPfTc; sed Tb
[27] Igitur quod Cesar precipit ferendum – *end om.* Vq

## 61

### [1]*Decreta*[2] *Gregorii iunioris*[3]

Si quis ariolos, aruspices vel[4] incantatores observaverit, anathema sit, aut[5] etiam philacteriis usus fuerit, anathema sit.

*ID 11.1] C 26 q 5 c 1*

---

[1] (iiii *add.* Bd) De incantatoribus et divinationibus et diverso genere magice artis *add. in mg.* BdDbLj[2]Tc[2]
[2] Decreta BeCaLcMgTbVo; Ex decretis Pf; De tractatu Tc; *om.* Mq; Decretum *ID*
[3] iiii *in mg.* Be[2]
[4] vel *BeCaMgPfTb; et Tc
[5] aut *BeCaMgPfTb; aut si Pf[2]; et Tc; an Vo

## 62

### *Anchiranum concilium*[1], *cap. xxiiii*[2]

Qui divinationes expetunt et morem[3] gentilium subsequuntur, vel in domos suas huiuscemodi homines[4] introducunt exquirendi aliquid arte magica aut expiandi causa, sub regula quinquennii iaceant secundum gradus penitentie definitos.

*ID 11.2] C 26 q 5 c 2, cf earlier vers. C 26 q 7 c 17*

---

[1] Anch. conc. *CaOaTbVoVq; Ancir. conc. iii Be; Ancianum conc. Lc; Ex concilio Ancirano Mg; Ex Anchirano conc. Pf; Ex Acreano conc. Tc
[2] xxiiii *BeCaOaTbTcVo; xxiii MgMq; xxxvi LdRaVq; xxx... Pf; xxxiiii Vp
[3] morem *CaMgPfTb; more Tc
[4] hui. hom. CaMgOaPfTc; hom. hui. Tb

## 63[1]

### *Laodicense concilium*[2], *cap. xxxvi*[3]

Non oportet sacris officiis deditos vel[4] clericos magos aut incantatores existere, aut facere philacteria que animarum suarum vincula comprobantur.

*ID 11.3] C 26 q 5 c 4a, earlier form of complete cap.*

---

[1] *om.* Lc
[2] Laod. conc. *Be[2]CaMgOaTbVoVq; Leod. conc. Be; Ex Laodicensi concilio Pf; Laodiensi concilio Tc
[3] xxxvi *OaRaTbVoVq; xxiiii BeCa; xxiii Mg; ?Pf; xxx Tc
[4] vel *CaMgPfTb; *om.* Tc

## 64

*Toletanum concilium[1] IV, cap. xxx[2]*

Si quis episcopus aut presbiter aut diaconus vel[3] quilibet ex ordine clericorum aruspices[4] aut ariolos aut certe[5] augures vel sortilegos[6] vel eos qui profitentur artem magicam, aut aliquos eorum similia exercentes[7] consuluisse fuerit deprehensus, ab honore dignitatis sue depressus monasterii curam excipiat[8], ibique perpetue penitentie[9] deditus scelus admissi[10] sacrilegii solvat.

*ID 11.5, cf 3.129] C 26 q 5 c 5*

---

1 Tol. conc. BeCaLdTbVoVq; Toletano concilio LcTc; Ex concilio Toletano Mg; Ex Toletano concilio Pf
2 xxx *BePfTbTcVoVp; xix Ca; xxv Mg; xxxiii Ra; IV cap. xxx *om.* Lc
3 vel *CaMgPfTb; aut Tc
4 aut incantatores *add. Vosm.*, *om.* *CaMgPfTbTc
5 certe *CaMgPfTb; *om.* Tc
6 -leg- *CaMgPfVo; -log- TbTc
7 -entes *CaMgPfTb; -entium Tc
8 exc- *CaPfTbTc; susc- Mg
9 perp. pen. *CaPfTbTc; pen. perp. Mg
10 admissi *BeCa[2]MgOaTbTcVoVq; admissis Ca; admisi Pf

## 65[1]

*Augustinus in libro de civitate Dei[2]*

Nec mirum de magorum prestigiis[3] quorum in tantum prodiere[4] maleficiorum artes ut etiam Moysi in illis signis resisterent, vertentes virgas in dracones, aquas in sanguinem, cum[5] fertur etiam in gentilium libris quod quedam maga famosissima[6] Circe[7] socios Ulixis mutaverit in bestias[8]. Legitur et[9] de sacrificio quod Archades deo suo Lieo immolabant, ex quo quicumque sumerent[10] in bestiarum formas converterentur. Sed hec omnia magicis[11] prestigiis[12] potius fingebantur quam rerum veritate complerentur. Ut ergo ipsi errores ignorantibus manifesti fiant de eorum

---

1 *om.* LcVq
2 Aug. (dicit *add.* BeCaVo) in lib. de civitate Dei (Domini BePfVo) BeCaLdMgMqPfTbTcVo; Ex dictis eiusdem (*from BD) ID*; Ex dictis Augustini *W*
3 prestig- *BeCaMgTbTcVo; prestrig- PfVo[2]
4 -iere CaMgPfTb; -erunt Tc
5 cum CaMgPfTb; *om.* Tc
6 famos- *BeTbTc; formos- CaMgMqOaPfRaVo
7 *corr. fr.* cute Ra[2]
8 *corr. fr.* -iis Mg
9 et *CaMgPfTc; etiam Tb
10 -erent *CaMgPfTc; -eret Tb
11 eis *add.* Tc, *om.* *CaMgPfTb

proprietate atque inventoribus[13] iuxta traditionem maiorum primum dicere[14] congruum arbitramur. Magi sunt qui vulgo malefici ob facinorum magnitudinem nuncupantur. Hi[15] permissu Dei elementa concutiunt[16], turbant mentes hominum minus confidentium in Deo, ac sine ullo[17] veneni haustu, violentia tantum[18] carminis, interimunt[19], unde et Lucanus:

Mens hausti[20] nulla sanie polluta veneni
Incantata perit.

Demonibus enim[21] accitis audent ventilare, ut quisquis suos perimat malis artibus inimicos. Hi etiam[22] sanguine utuntur[23] et victimis sepe contingunt corpora mortuorum. Nicromantii[24] sunt quorum precationibus[25] videntur resuscitati[26] mortui divinare et ad interrogata respondere. Nicro[27] enim Grece[28] mortuus[29], mantia divinatio nuncupatur. Ad quos suscitandos[30] cadaveri sanguis adicitur. Nam amare demones sanguinem[31] dicuntur. Ideoque quotiens[32] nicromantia fit, cruor aque[33] miscetur et colore[34] sanguinis facilius provocantur. Hidromantici ab aqua dicti. Est[35] enim hidromantia[36] in[37] aque[38] inspectione umbras[39] demonum evocare[40], et imagines

---

12 prestig- *BeCaMgTbTc; prestrig- PfVo
13 *corr. fr.* inventionibus Ra$^2$
14 prim. dic. *CaMgPfTc; dic. prim. Tb
15 sunt qui *add. Vosm, om.* *CaMgPfTbTc*Brant*
16 el. conc.] clementia *Brant*
17 ullo *CaMgPfTb; *om.* Tc
18 tantum *MgPfTbTc; tamen Ca
19 -unt *MgPfTc; -untur Ca; -it Tb
20 hausti *CaMg?TbTc; haustu Pf
21 enim *CaMgPfTb; etiam Tc
22 etiam *CaMgPfTc; enim Tb
23 sang. ut. *CaMgPfTc; ut. sang. Tb
24 Hi cromantici Vo
25 precationibus BeMgPfTbVo; predictionibus Ca; precantationibus Tc
26 -ati *Mg$^2$PfTbTcVo; -ari Be$^2$CaMg
27 Hicro Vo
28 enim Grece *CaPfTbVo; ergo Grece Mg; igitur Tc
29 Latine *add. Brant*, lat’ *add.* Mg, *om.* *BeCaDbPfTbTcVo
30 ad quos suscitandos *CaMgPfTb; Eo quod suscitando Tc
31 amare dem. sang. BeCaPf$^2$Vo; amare sang. dem. MgOa; amare sang. homines Tb; dem. sang. amare Tc
32 quotiens *BeCaPfTcVo; quotienscumque Mg; *om.* Tb
33 cruor aque BeMgOaPf$^2$Vo; cruor aqua CaTc; quando aque cruor Tb
34 col- *CaMgTbVo; cal- BePfTc
35 Est *CaPfTbTc; Et Mg
36 est *add.* Mg, *om.* *CaPfTbTc
37 ab Ra
38 aque *BeCaMgRaTb; aquarum PfTcVo; vel in aquarum *in mg.* Ra
39 umbras *CaMgPfTb; umbram Tc
40 demonum evocare *BeCaMgOaTb(*corr. fr.* evolare); demonis evocare PfVo; demonstrare Tc

ludificationis eorum videre, ibique ab eis aliqua audire. Ubi adhibito sanguine etiam inferos perhibentur[41] suscitare.

*ID 11.67] C 26 q 5 c 14a, cf cap. 67 below*

[41] perhibentur *CaMgPfTb; videntur Tc

## 66[1]

*De eadem re. Ex dictis eiusdem[2]*

Igitur genus divinationis[3] a Persis fertur allatum[4]. Varro autem dicit divinationis quatuor esse genera, terram, aquam, erem et ignem[5]. Hinc geomantiam, hidromantiam[6], eromantiam[7], phiromantiam[8] dictam autumant[9]. Divini dicti sunt quasi Deo pleni. Divinitate enim plenos se esse assimulant[10], astutia quadam[11] fraudulenta[12] hominibus futura coniectant. Duo autem sunt genera divinationis[13], ars et furor. Incantatores vero[14] dicti sunt qui artem verbis peragunt. Arioli vocati sunt propter[15] quod circa aras idolorum[16] nefarias preces emittunt et funesta sacrificia offerunt, hisque celebritatibus demonum accipiunt responsa. Haruspices nuncupantur[17] quasi horarum inspectores[18]. Dies enim et horas in agendis negotiis operibusque custodiunt, et quid per singula[19] tempora observare debeat homo intendunt. Hi etiam exta pecudum inspiciunt, et ex eis futura[20] predicunt. Augures sunt qui volatus avium[21] et voces intendunt, aliaque signa rerum vel observationes

[1] *om.* LcVq
[2] De eadem re. Ex - eiusd. *CaLdMgOaVo; De eadem re. Ex dictis Augustini BeTc; Igitur de eodem Mq; Ex - eiusd. Pf *W*; De eadem re. Idem Tb
[3] gen. div. *BeCaPfTbTcVo; div. gen. MgVp
[4] fertur allatum CaMgPfTb; allatum videtur Tc
[5] aquam, erem et ignem *BeTb; erem, aquam, ignem CaMg?; aquam, erem ignem MqOaPfVo; aquam, ignem, erem Tc
[6] idro- *OaTbTc; ydro- BeVo; hydro- Ca; ?Mg; dro- Pf
[7] ero- *OaTb; cro- BePfVo; oro- Ca; ?Mg; eri- Tc
[8] phirom- BePfTb; Phyroni- Ca; ? Mg; pirom- Tc; prom- Vo
[9] -ant BeCaPfTc; -at Tb; ? Mg
[10] plenos se esse assimulant *BeOaPfTbVo; plenos esse se ass. Ca; plenos se esse ass. et Mg; simulant se plenos Tc
[11] et *add.* Ca, *om.* *PfTbTcVo, ? Mg
[12] -enta *BeMgPfTbVo; -entia Ca; -ata Tc
[13] sunt gen. div. *CaPfTbTc; gen. div. sunt Mg
[14] vero *Ca(*orig. after* dicti)MgPfTc; *om.* Tb
[15] *corr. to* propterea Ra[2]
[16] idolorum *CaMgPfTb; deorum Tc
[17] nuncupantur *CaPfTbTc; vocantur Mg
[18] -tores *MgPfTbTc; -tatores Ca
[19] singula *CaMgPfTb; singulas horas et Tc
[20] futura *MgRa[2]; *om.* BeCaPfRaTbTcVo
[21] avium *CaMgTbTcVo; *om.* Pf

improvisas[22] hominibus occurrentes ferunt. Idem et[23] auspices. Nam auspicia sunt que iter facientes observant. Dicta autem sunt[24] auspicia quasi avium aspicia[25] et auguria quasi avium garria, hoc est avium voces et lingue. Item. Augurium quasi avigerium quod aves gerunt. Duo autem sunt genera[26] auspiciorum, unum ad oculos alterum ad aures pertinens. Ad oculos[27] scilicet[28] volatus, ad aures vox avium. Pithonisse, a Pitio Apolline dicte, quod is[29] auctor fuerit divinandi. Astrologi dicti sunt eo[30] quod in astris augurantur[31]. Genethliaci appellati sunt[32] propter natalitiorum considerationes dierum. Geneses enim hominum[33] per duodecim celi signa[34] describunt siderumque cursus[35] nascentium mores, actus[36] et eventus predicere[37] conantur, id est quis quali[38] signo fuerit natus[39] aut quem effectum[40] habeat vite qui nascitur interpretantur[41]. Hi sunt qui vulgo mathematici vocantur, cuius superstitionis genus constellationes Latini vocant, id est notationes siderum quomodo se habeant cum quisque nascitur. Primum autem id est [42] stellarum interpretes magi[43] nuncupantur[44], sicut de his legitur qui in evangelio natum Christum[45] annuntiaverunt[46]. Postea hoc nomine soli mathematici dicti sunt, cuius artis scientia usque ad evangelium fuit concessa ut Christo[47] edito[48]

---

[22] obs. imp. *CaMgPfTb; imp. obs. Tc
[23] Idem et *BeCaMgPfTb²Vo; Idem Tb; Idem sunt et Tc
[24] sunt *CaMgPfTb; *om.* Tc
[25] avium aspicia *CaMgTbTcVo; aspitia *over erasure* Pf
[26] autem sunt genera OaRaTb; sunt autem genera BePfTcVo; autem (sunt *canc.* Mg) genera sunt CaMgVm
[27] ad oculos alterum - oculos *BeCaLgObOcOdOePfSgTbTcVm; *om.* Mg
[28] scil. *CaMgPfTb; *om.* Tc
[29] is MgPfTbVo; his BeCaTc
[30] eo *CaPfTcVo; ?Mg; *om.* Tb
[31] -rantur CaPfTcVo; ?Mg; -riantur Tb
[32] app. sunt *PfTbTcVo; sunt app. Ca; ? Mg
[33] hominum *BeMgPfTbVo; *om.* Ca; omnium Tc
[34] celi signa *Tc; signa celi BeCaMgPfTbVo
[35] sid. cursus *BeCaObOcOdOeMgPfSgTbVo; secundum syderum cursus Lg; secundum quod cursus siderum *Brante*
[36] act- *MgPfTbTc; auct- Ca
[37] predicere *BeCaMgPfVo; prodere Tb; probare Tc
[38] quali CaMgPfTc; quasi Tb
[39] natus BeMgRa²Vo(*before* fuerit); *om.* CaPfRaTbTc
[40] effectum *CaMgPfTc; *om.* Tb
[41] interpretantur *TbVo; in tali tempore BeCaMgRa²Tc; in tempore MqPf; interpretatur Oa; in tali pectore Ra
[42] id est *Be²MgTb*Brant*; id Be; ad Ca; idem DbVo; *obsc. add, erased* Pf; *om.* Tc; genus id est *Vosm.*
[43] magi *MgPfTbTc; *om.* Ca
[44] -antur *PfTbTcVo; -abantur BeCaMgTc²
[45] nat. Chr. *CaMgPfTc; Chr. nat. Tb
[46] annunt- *CaMgPfTb; nunt- Tc
[47] Christo *MgPfTbTc; Christiano Ca
[48] edito *BeMgPfTcVo; edicto CaTb

nemo exinde[49] nativitatem alicuius[50] de celo interpretetur. Horoscopi dicti sunt quod horas nativitatis hominum specularentur[51] dissimili et diverso fato[52]. Sortilogi sunt qui sub nomine ficte religionis per quasdam, quas sanctorum sortes vocant, divinationis scientiam[53] profitentur, aut quarumcumque scripturarum[54] sententie[55] inspectione futura promittunt. Salisatores vocati sunt[56] quia dum eis membrorum quecumque partes salierint, aliquid sibi exinde prosperum seu triste significari predicunt.

*ID 11.68] C 26 q 3/4 c 1*

---

[49] *in mg.* Ra
[50] alicuius *BeCaMgTbTc; aliquis PfVo
[51] -larentur *BePfTcVo; -lantur CaMg; -lentur Tb
[52] fato *CaMg; facto BePfTbVo; modo Tc
[53] scientiam (*corr. fr.* sient- Pf) *CaMgPfTb; sententiam Tc
[54] scripturarum *CaMgTbTcVo; *om.* Pf
[55] sententie CaMg[2]PfTbVo; sententione Mg; *om.* Tc
[56] voc. sunt *CaPfTbTc; sunt voc. Mg

## **67**[1]

### *Ex dictis eiusdem*[2]

Ad hec omnia supradicta[3] pertinent et ligature execrabilium remediorum, que ars[4] commendat[5] medicorum, seu in precantationibus seu in caracteribus[6] vel in quibuscumque rebus suspendendis[7] atque ligandis. In quibus omnibus ars demonum est ex quadam pestifera societate hominum et angelorum malorum[8] exorta. Unde et cuncta vitanda sunt Christiano, et omni penitus execratione repudianda atque dampnanda. Auguria autem sunt[9] avium. Hec autem[10] Phriges primi invenerunt. Prestigium[11] vero Mercurius primus dicitur invenisse. Dictum est autem[12] prestigium[13] quod prestringat[14] aciem oculorum. Haruspicine[15] artem primus

---

[1] *om.* LcVq
[2] eiusdem *BeCaMgPfPwTb; Augustini Tc; eisdem Aug. Vo
[3] suprad. *CaMgPfTb; *om.* Tc
[4] non *add. Vosm., om.* *CaMgPfTbTc
[5] commendat *CaPfTbTc; condempnat Mg
[6] seu in carac. *CaMgPfTb; *om.* Tc
[7] *corr. fr.* suspendis Mg
[8] hom. et ang. malorum *CaMgPfTb; ang. et hom. Tc
[9] aut. sunt *CaPfTbTc; sunt aut. Mg
[10] Hec autem *CaMgPfTbVo*Brant*; Hec Tc; *om. Migne*
[11] Prestigium *CaMgTbTcVo; Prestrigium Pf
[12] Dictum est autem CaMgPfTb; Dicitur enim Tc
[13] prestig- *CaMgTbTcVo; prestrig- Pf
[14] pres- *CaPfTbTc; pers- Mg
[15] -ine *BeCaMgTc; -inie Pf; -ine autem TbVo

Etruscis[16] tradidisse dicitur quidam[17] Tages[18]. Hic ex horis[19] haruspicinam dictavit, et postea non apparuit. Nam dicitur fabulose arante quodam rustico subito hunc[20] ex[21] glebis exiluisse et haruspicinam[22] dictasse qua die et[23] mortuus est. Quos[24] libros Romani[25] ex Etrusca[26] lingua in propriam mutaverunt. His ergo[27] portentis per demonum fallaciam illuditur curiositas humana, quando id impudenter appetunt scire quod nulla ratione eis competit investigare. At ideo datur potestas immundis spiritibus ut per vasa sibi apta[28], hoc est[29] pravos homines seducant illos qui spernunt veritatem et credunt mendacio et iuxta Pauli sententiam, Sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus, et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur. Onerati peccatis ducuntur variis desideriis, semper discentes et nunquam ad scientiam[30] veritatis pervenientes. Quemadmodum autem Iamnes et Mambres restiterunt Moysi, ita et isti resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, sed ultra non proficient. Insipientia[31] enim eorum[32] manifesta erit omnibus[33], sicut et illorum fuit. Nec ideo quisquam[34] credere debet quoslibet magicis artibus aliquid facere posse sine permissu Dei, quia omnia que fiunt aut iusto iudicio facit, aut permissu suo ita fieri sinit quod[35] predicti magi leguntur similia fecisse Moysi qui virgam suam proiecit et conversa est in draconem, proieceruntque[36] ipsi singuli[37] virgas suas que verse sunt in dracones, sed devoravit virga Aaron[38] virgas eorum. Non ergo fuerunt creatores draconum nec magi nec angeli mali quibus ministris illa operabantur. Insunt enim rebus corporeis

---

16 primus Etruscis *CaMgPfTb; primus Etruscus Tc
17 trad. dic. quidam *BeCaPfTbVo; trad. quid. dic. Mg; dic. trad. Tc
18 Tages CaPfTc; Strages BeMgMqTb*Brant*; Trages Pf[2] Pw; Thages Ra; Turges Vo; Fages *Migne*
19 horis *MgPfTbTc; aris Ca
20 hunc BeTbTc; *om.* CaMgPfVo
21 ex *CaMgPfTb; e Tc
22 -nam *CaMgTbTcVo; -niam Pf
23 et *CaMgPfTb; *om.* Tc
24 Quos *CaMgPfTb; Cuius Tc
25 -an Tb
26 ex Etrusca BeMgPfTc; erusca Ca; extrusca Tb; exetruscha Vo
27 ergo *MgPfTbTc; vero Ca
28 per vasa sibi apta *CaMgPfTbTcVo; perversos sibi captent *Brant*
29 hoc est *CaMgPfTc; hos Tb
30 ad scientiam *CaMgPfTb; *om.* Tc
31 Insipientia *MgPfTbTc; In sapientia Ca
32 eorum *BeCaMgPfVo; illorum TbTc
33 man. erit omnibus *CaMgPfTb; omnibus manifestata erit Tc
34 ideo quisq. *CaMgTbTcVo; quisq. ideo Pf
35 quod (vel qua *add. ss* Mg) *MgPfTbTc; quo Ca
36 et *add.* Tc, *om.* *CaMgPfTb
37 *corr. fr.* -ula Tb

per[39] omnia elementa quedam occulte seminarie[40] rationes quibus, cum data fuerit oportunitas temporalis atque causalis, prorumpunt in species debitas suis modis et[41] finibus. Et sic non[42] dicuntur angeli qui ista faciunt animalium creatores, sicut nec agricole segetum vel arborum vel quorumcumque in terra gignentium creatores dicendi sunt, quamvis noverint prebere quasdam visibiles opportunitates et causas ut illa nascantur[43]. Quod autem isti faciunt[44] visibiliter, hoc illi invisibiliter. Deus vero solus unus creator est[45] qui causas ipsas et rationes[46] seminarias rebus inseruit.

---

[38] Aaron *CaMgPfTb; Moysi Tc
[39] per *MgPfTbTc; et Ca
[40] seminarie *CaMgPfTb; seminate Tc
[41] *corr. fr.* in Ca
[42] sic non *CaMgPfTb; non sic Tc
[43] *corr. fr.* -untur Ca
[44] facunt Ca
[45] cr. est *BePfTbTcVo; est cr. CaMg
[46] et rat. *BeCaMgTbTc; rationesque Pf[2]Vo

[1]Preterea quidam querendum putant quomodo scriptura narret phitonissam Samuelem prophetam suscitasse ad colloquium Saul[2] impiissimi regis, si phitonica divinatio errori magice artis deputanda sit[3]. Quibus ita responderi potest, indignum omnino facinus esse, si secundum verba historie commodetur assensus.[4] Quomodo enim poterat fieri ut arte magica attraheretur[5] vir et[6] nativitate sanctus et vite operibus iustus? At si non attractus est, consensit. Quod utrumque de viro iusto credere adversum est[7]. [8]Nullum suffragium habet iustitia, si aut voluntarius[9] amisit meritum spirituale[10] quem[11] positus in carne quesiverat. Quod valde absurdum est, quia hinc[12] qui iustus recedit permanet iustus[13]. Porro autem hoc est prestigium Satane quo ut[14]

---

[1] In eodem *add.* Tb, De eodem *add.* Vo; *paragr. mark in mg IDp,* Ex dictis eiusdem *add.* Qa
[2] Saul *CaMgPfTb; Saulis Tc
[3] sit *CaMgPfTb; est Tc
[4] Item *add.* Tb, *om.* *CaMgPfTc
[5] -eretur *CaPfTbTc; -etur Mg
[6] et *PfTbTc; a Be; *om.* Ca; et in Mg
[7] est *MgPfTbTc; *om.* Ca
[8] a *add.* Be, Si enim invitus adductus est *add. Migne (with IDm), om.* CaLgMgObOcOdOePfPwSgTbTcVmVo*Brant*. quia boni in futuro nec poter' velle malum *add. in mg.* Mg
[9] aut vol. BeEgTb; aut tractus aut vol. Ca; attractus (*corr. fr.* attractatus Vo) aut (an Vo) vol. MgPfPwVo; attractus eius vol. Tc; autem (aut *Vosm. but not Migne*) voluntarius consensus *Brant*
[10] -ale CaTcVo; -alis Mg(vel ale *ss*)Tb; -al' Pf
[11] quem PfTb; quod BeCaMgTcVo
[12] hinc *CaPfTbTc; huic Mg
[13] et ita <nec> voluntarius consensit *add. ss* Mg

plurimos fallat etiam [15]bonos in potestate se habere[16] confingat. Quod Apostolus inter cetera ostendit dicens, Ipse Satanas transfigurat se in angelum lucis. Ut enim errorem faceret in quo gloriaretur[17], in habitu viri iusti et nomine se[18] subornavit, ut nihil proficere spem quam predicabant Dei cultoribus mentiretur, quando hinc exeuntes iustos finxit in sua esse potestate. Sed hoc quosdam fallit quod de morte Saul et filii[19] eius non sit mentitus, quasi magnum sit diabolo ante occasum mortem corporis previdere, cum signa quedam soleant apparere morituris, quippe[20] a quibus Dei protectio amota videtur[21], quanto magis diabolo quem angelica[22] maiestate sublimem prophetica oracula fuisse[23] testantur. De cuius magnitudine[24] Apostolus ait, An ignoratis[25] altitudinem Satane?

---

[14] quo ut Sat. *marked for reversal* Ca
[15] Cb *begins again*
[16] in pot. se hab. *BePfTbVo; hab. in pot. se CaPw; ? Mg; in pot. hab. Tc
[17] -iaretur *BePfTb?TcVo[2]; glorificaretur CaEgPw; ...caretur Mg
[18] se *CaMgPfTc; *om.* Tb
[19] filii CaMgPfTb; filiorum Tc
[20] quippe *CaMgPfTb; *om.* Tc
[21] -etur *CaMgTbTcVo; -erunt Pf
[22] angelica *CaPfTbTc; evangelica Mg
[23] fuisse *CaPfTbTc; *om.* Mg
[24] Paulus *add.* Tc, *om.* *CaMgPfTbVo
[25] ait An ign. *CaMgPfTb; An ign. ait Tc

Quid mirum ergo si imminentem prope[1] mortem potuit previdere, cum hoc sit[2] unde fallit et se in Dei potestate[3] vult adorari? Nam tanta hebetudine demens effectus est Saul, ut ad Phitonissam confugeret. Depravatus enim causa peccati, ad hec[4] se contulit que[5] dampnaverat[6]. Sed si quis propter historiam et ea que verbis expressa[7] sunt putet non pretermittenda, ne[8] ratio historie inanis sit, recte faciet[9] quidem, si[10] tamen[11] minime istud ad veri rapiat rationem[12] sed[13] ad visum et[14] intellectum Saul.

---

[1] prope *CaMgPfTc; proprie Tb
[2] sit *BeMg(vel scit *ss*)TbTc; scit CaPfVo
[3] potestate *CaMgPfTb; similitudine Tc
[4] hec *PfTb; BeCaMg?; hoc Tc
[5] que *BeMgPfTb; Ca?; quod Tc
[6] -averat *CaMgPfTc; -avit Tb
[7] scilicet litteram *add. in mg.* Mg
[8] ne *MgPfTbTc; nec Ca
[9] faciet *CaMgPfTb; facit Tc
[10] quidem si *CaMgPfTb; *om.* Tc
[11] tamen *CaMgPfTc; tantum Tb
[12] ad veri – rationem *in mg.* Ra[2]
[13] capiat *add. ss* Ra

Neque enim reprobus factus poterat[15] bonum intellectum habere. Historicus enim[16] mentem Saul et habitum Samuelis descripsit[17] ea que dicta et visa[18] sunt exprimens, pretermittens si vera an falsa sint. Quid enim[19], ait, audiens in quo habitu esset excitatus? Intellexit, inquit[20], hunc esse Samuelem. Quid[21] intellexerit retulit, et quia bene non[22] intellexit contra scripturam alium[23] adoravit quam Dominum, et putans[24] Samuelem adoravit diabolum, ut fructum fallacie sue haberet Satanas. Hoc enim nititur ut[25] adoretur[26] quasi Deus. Si enim vere Samuel illi[27] apparuisset, non utique vir iustus permisisset se adorari qui predicaverat Dominum solum esse adorandum. Et quomodo homo Dei qui cum Abraham in refrigerio erat[28] dicebat ad virum pestilentie dignum ardore gehenne, Cras mecum eris? His duobus titulis subtilitatem[29] fallacie sue providit[30] improvidus Satanas, quia et adorari se permisit sub habitu et nomine Samuelis contra legem, et virum peccatis pressum, cum magna distantia peccatorum et iustorum sit, cum Samuele iustissimo[31] futurum[32] mentitus est. Verum potest videri, si[33] de Samuelis nomine taceatur, quia Saul cum diabolo futurus erat. Ad eum enim[34] transmigravit quem adoravit. Semper ergo diabolus sub velamine latens prodit se dum ea confingit que horreant[35] personis[36] per quas fallere nititur. Si autem quilibet[37] opponit ac[38] dicit, Quomodo eveniunt illa que illi divini predicunt futura, aut quomodo possunt egris prebere[39] medelam aut sanis immittere egritudinem, si aliquid

---

[14] ad visum et *CaMgPfTb; aversum Tc
[15] poterat *CaMgPfTb; potest Tc
[16] enim *CaMgPfTb; autem Tc
[17] Tb[2] *over erasure*
[18] visa *BeCaMg; iussa PfTbTcVo
[19] enim *BeMgTbTcVo; *om.* CaPf
[20] vel quod *in mg.* Ra[2]
[21] enim *add.* Tb, esse *add. Brant* , *om.* BeCaMgPfTc
[22] bene non BePfTbTc; non bene CaMg; bene Vo
[23] alium *CaMgPfTb; aliud Tc
[24] esse *add.* Tc, *om.* *CaMgPfTb
[25] nititur ut *over erasure* Pf
[26] -etur *CaMgPfTc; -atur Tb
[27] vere Sam. illi *CaPfTbTc; Sam. illi vere Mg
[28] *corr. fr.* erit Ca
[29] -atem *CaPfTbTc; -ate Mg
[30] providit CaPfTbVo[2]; prodidit Be; provideri potuit Mg; previdit Tc
[31] *ss* Ra[2]
[32] futurum *MgPfTbTc; futuro Ca
[33] si MgPfTbTc; sed Ca
[34] enim *CaMgPfTb; *om.* Tc
[35] horr- MgPfTbTc; her- Ca
[36] -onis *CaMgPfTb; -one Tc
[37] quil- *PfTbTcVo; quisl- BeCaMgTb[2]
[38] ac *CaMgPfTb; et Tc
[39] prebere *CaMgPfTb; prestare Tc

proprie virtutis ac potestatis non habent[40]? hoc a nobis recipiat[41] responsum, quod ideo quisque non debet[42] eis credere quia aliquando eveniunt que predicunt, aut sanare videntur languidos, vel ledere sanos, quia hoc permissu Dei fit, ut ipsi qui hec[43] audiunt vel[44] vident probentur, et appareat quali fide sint vel[45] devotione erga[46] Deum, sicut[47] in Deuteronomio[48] legitur Moyses[49] verbo[50] Domini populo Dei precepisse ita dicens, Si surrexerit in medio tui prophetes[51], aut qui somnium se vidisse dicat[52] et predixerit[53] signum ac portentum, et venerit[54] quod locutus est et dixerit[55], Eamus et sequamur deos alienos[56], et serviamus eis, non audies verba[57] prophete aut[58] somniatoris quia temptat vos Dominus Deus[59] vester, ut[60] palam fiat utrum diligatis eum an non? In toto corde et in tota anima vestra Dominum Deum vestrum[61] sequimini, et ipsum timete[62], mandata illius[63] custodite, et audite vocem eius[64], Ipsi servietis et ipsi adherebitis et cetera. Ubi sane intelligi voluit[65], etiam illa[66] que a divinantibus non secundum Deum dicuntur[67], si acciderint que dicuntur non[68] accipienda, vel etiam si fiant que precipiuntur ab eis, aut colantur que coluntur ab eis. Nec preter[69] suam potestatem[70] Deus ostendit esse quod contingunt ista[71], sed

---

[40] -ent *CaPfTbTc; -eret Mg
[41] rec- *CaMgPfTb; acc- Tc
[42] -et *CaMgPfTb; -eat Tc
[43] hec *PfTbVo[2]; h' CaMg; hoc TcVo
[44] vel *CaMgPfTb; et Tc
[45] vel *CaMgPfTb; et Tc
[46] erga *CaMgPfTb; apud Tc
[47] *short erasure follows in* Pf
[48] -eromio Tc
[49] in *add.* Tc, *om.* *CaMgPfTb
[50] *corr. fr.* -ba Pf
[51] -etes *CaMgPfTb; -eta Tc
[52] se vid. dic. *PfTbTcVo; vid. se dic. Be; dic. se vid. CaMg
[53] -erit *CaMgPfTc; -it Tb
[54] ven- CaPfTbTc; even- Mg
[55] locutus est et dixerit (tibi *add.* Mg) *CaMgPfTc; dixerit et dicat Tb
[56] quos ignoras *add.* Mg, ignorans *add.* Tb, *om.* BeCaPfTcVo
[57] *repeated* Tc
[58] aut *CaMgPfTb; et Tc
[59] Deus *CaMgPfTb; *om.* Tc
[60] ut *BeCaMgTbTcVo*Brant*; *om.* Pf; si *Migne*
[61] Deum vestrum *in mg.* Ra
[62] et *add.* BeTbTc, *om.* *CaMgPfVo
[63] illius *BePfTbVo; eius CaMgTc
[64] eius *BePfTbTcVo; illius CaMg
[65] -uit *CaPfTb; ?Mg; -unt Tc
[66] etiam illa *BeTcVo; si illa Ca; Mg? ; et illa Pf; etiam Tb
[67] sed *add.* Tb, ?Mg, *om.* *CaPfTcVo
[68] sint sic *add. Brant*, *om.* *CaPfTbTc; ?Mg
[69] propter Vo
[70] potestatem *CaMgPfTb; voluntatem Tc

quasi quereretur cur ea permittat, causam temptationis exposuit ad cognoscendam[72] utique eorum dilectionem utrum eam habeant[73] erga Deum[74] suum. Cognoscendam[75] vero ab ipsis potius[76] quam ab illo qui scit omnia antequam fiant.

*ID 11.69] C 26 q 5 c 14b, cf. cap. 65 above*

---

[71] cont. ista BeCaMgPfRaVo; ista cont. *Tb
[72] -am *BeTc; -um CaMgPfTb
[73] habeant *CaMgPfTb; habuerint Tc
[74] Deum *CaMgPfTb; Dominum Tc
[75] -dam *MgTbTc; -dum CaPfRaVo
[76] ab ips. pot. *CaMgPfTb; pot. ab ips. Tc

## 68

*Ex dictis eiusdem. De natura demonum*[1]

Sciendum vero est[2] hanc demonum esse[3] naturam ut aerei corporis sensu terrenorum corporum sensum facile precedant, celeritate[4] etiam propter aerei corporis superiorem[5] mobilitatem non solum cursus quorumlibet[6] hominum[7] vel ferarum, verum etiam volatus avium incomparabiliter[8] vincant. Quibus duabus rebus quantum ad aerium corpus attinet prediti, hoc est acrimonia sensus et[9] celeritate motus, multo ante cogitata[10] prenuntiant vel nuntiant[11] que homines pro sensus terreni[12] tarditate mirentur[13]. Accessit etiam[14] demonibus per tam longum tempus[15] quo eorum vita protenditur rerum longe maior[16] experientia quam potest hominibus propter brevitatem vite provenire[17]. Per has efficacias quas aerii corporis natura sortita est, non solum multa futura predicunt demones[18], verum etiam multa mira faciunt. Que

---

[1] Ex dictis. eiusdem. De natura demonum AdBdEaLdMgOaTb; De nat. dem. Ex dictis eiusdem BePtRaVo; Ex – eiusdem CaPf*W*; In collationibus Cb; Aug. de natura demonum Lc; De natura demonum Vq; *om.* Tc. v. De demonum natura *in mg.* Bd; v *add. in mg.* Be[2]
[2] est CaMgPfTb; *om.* Tc
[3] dem. esse *CaPfTbTc; esse dem. Mg
[4] celer- *CaPfTbTc; celebr- Mg
[5] -orem *MgPfTbTc; -or est Ca
[6] quorumlibet *BeCaLgMgObOcOdOePfSgTbVoVm; quorundam Tc; quorumlibet rerum ut *Brant*
[7] *ss* Be
[8] incomp- *MgPfTbTc; incorp- Ca
[9] et *BePfTbTcVo; ac CaMg
[10] cogitata CaMgPfTb; cognita Tc
[11] vel nunt. *MgPfTbTc; *om.* Ca
[12] sen. ter. *CaMgPfTb; ter. sen. Tc
[13] mirentur *CaMgPfTb; non merentur Tc
[14] etiam *CaMgPfTc; autem Tb
[15] tempus *CaMgPfTc; *om.* Tb
[16] longe maior *CaPfTbTc; maior longe Mg
[17] prov- *BeTb; perv- CaMgOaPfTc
[18] *corr. fr.* homines Ra[2]

quoniam[19] homines dicere ac[20] facere non possunt, eos dignos quidam quibus serviant et quibus honores divinos deferant[21] arbitrantur[22], investigante maxime vitio curiositatis, propter amorem felicitatis false atque terrene et excellentie temporalis.

*ID 11.70a] C 26 q 3/4 c 2a*

---

[19] Que quoniam *BeCaOaRaTcVo[2]; ?Mg; Que quando PfTb; Quamquam Vo
[20] ac *BePfRaTbVo; aut Ca; Mg??; et Tc
[21] div. def. *CaMgPfTb; def. div. Tc
[22] arbitrantur *CaMgPfTb; *om.* Tc

## 69

### [1]*Agathensi concilio*[2]*, cap. xxxix*[3]

Aliquanti[4] clerici sive[5] laici student auguriis, et sub nomine ficte religionis per eas quas sanctorum[6] sortes vocant divinationis scientiam[7] profitentur, aut quarumcumque[8] scripturarum inspectione[9] futura promittunt[10]. Hoc quicumque clericus aut[11] laicus detectus fuerit vel consulere vel docere ab ecclesia habeatur extraneus.

*ID 11.4] C 26 q 5 c 6*

---

[1] Ex *add.* MgPfTc, *om.* *BeCaTbVo
[2] Ag. conc. BeOaPfTcVo; Agatha conc. Ca; conc. Ag. Mg; Agathense concilium Tb
[3] xxxix *BdBeCaLdMgPfTbVo; xxix Cb; xix Tc. vi. De sortibus *in mg.* BdLj[2]; vi *add. in mg.* Be[2]
[4] vero sive *add.* Vp
[5] sive *CaMgPfTb; vel Tc
[6] patrum *add. Vosm., om.* *CaMgPfTbTcVo
[7] scientiam *CaMgPfTb; sententiam Tc
[8] quarumcumque CaMgPfTc; quarumque Tb
[9] inspec- *MgPfTbTc; inscrip- Ca
[10] promittunt *CaMgPfTc; *om.* Tb
[11] aut *CaMgPfTb; vel Tc

## 70[1]

### *Leo IV episcopis Britannie*

Sortes[2] quibus vos cuncta in vestris discriminatis provinciis nihil aliud quam quod alii patres dampnaverunt, divinationes[3] et maleficium[4] esse decernimus[5].

---

[1] *om.* Lc
[2] Sortes *Be?MgMqPfRaTcVo; Fortes Ca; Sorores OaTbVq; Mortes We
[3] diviniones Tc
[4] -cium *CaMgPfTc; -cum Tb
[5] decern- *CaMgPfTb; decrev- Tc

Quamobrem volumus[6] illas omnino dampnari, et ultra inter Christianos nolumus nominari, et ut abscidantur sub anathematis interdictu prohibemus[7].

*ID 11.8] C 25 q 5 c 7*

---

[6] volumus *CaMgPfTb; decrevimus Tc
[7] prohibemus *BeCaMgTbTc; iubemus Pf; habemus Vo

## **71**[1]

*[2]Capitularium[3] libro VII[4], cap. ccxxii[5]*

Vaticinatores qui se futura denuntiant scire cesi de civitate iactentur.

*ID 11.24]*

---

[1] *om.* LcPk
[2] Vaticinatores *add.* Vo
[3] -arium *Mg; -ar' CaVo; -arum OaPf; -orum BeTbTc
[4] vii *BeCaLdMgOaPfPwTbVo; iv CbTc
[5] ccxxii *LdOaRaTbTcVo; ccxxvii CaCbPw; cxxvii Mg; ? Pf; ccxiii We; cap. ccxxii *om.* Be; VII – cap. ccxxii *om.* Vq

## **72**[1]

*Ex concilio Cartaginensi, cap. lxxxix[2]*

Auguriis vel[3] incantationibus servientem[4] a conventu ecclesie separandum[5], similiter et in Iudaicis superstitionibus vel feriis inherentem[6].

*ID 11.35] C 26 q 5 c 11*

---

[1] *om.* Lc
[2] lxxxix *BeMgOaPwTb; cxxxix Ca; xxix Tc; ? Pf; xxxix RaVoVq
[3] vel *CaMgPfTb; atque Ra; et Tc
[4] -tem *CaMgPfTb; -tes Tc
